

Ann. V.

Num. X.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.
NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr.
Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

ALFONSUS XIII Hispaniae REX	P. B.
ALFONSO XIII Hispaniae Regi ad regni gubernaculum accedenti	Fr. Xav. Reuss.
PRO LINGUA LATINA	P. Angelini.
STANISLAUS WYSPIANSKI	I. Antonelli.
DOMESTICA EX LIGNO SUPELLEX	P. Alexis.
MADRITUM	A. Costaggini.
BABYLONICAE EFFOSIONES	G. P.
FABULAE SELECTAE FONTANII a IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE	Fr. Xav. Reuss.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES	I. F.
EX AMERICIS. De Stoeffelo doctore morte correpto	H. Doswald.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	H.D.V. Pieralice.
AENIGMATA	Fr. Palata.

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMI.

In tertia operculi pagina:

VARIA: Litteratine an bibliophili aselli? - Ioci P. d. V.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

1 p

AD MAGIS MAGISQUE
 "VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM PROVEHENDAM
 NOVA INDICITUR SUBNOTATIO

A PROXIMIS KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius con-
 sociationis ratione frui volunt, nulla inter-
 posita mora, *nomen suum cum pretio recto tramite*
mittant ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

In Italia
 Lib. 15, N.

ALFONSU

A fériis illis
 his diebus
 XIII rex Sancte
 latinae gentes
 non possunt. I
 publicae vocib
 tioni oblatis, u
 novo resurgat,
 ingeminat plau
 Iberica gens e
 rerum gestarum
 jungitur.

Neque hodie
 nibus est loque
 certas quibus e
 neque causas i
 statum imperiu
 antea solis nes
 iam pluries d
 doctissimi, qui
 ipso movebunt,
 simis obnoxia i
 dignitatem serv
 ent. Quis enim
 adhuc vehement
 tis populi p
 nec amiserunt
 atque novae u

Unum id pra
 regem, qui prin
 praebet veris p
 passim intendu
 fructus uberrimi

Alfonso XI
 tus, augustum p
 Christinae regi
 simae atque it
 non Iberi tantu
 tur, et demum
 commendabit, o
 culis asperum,
 tatem Ibericæ
 constanti animo
 itaque augustu
 studio, regali i
 dem populo tra
 tutibus optimo
 manitate exultu
 ut ad civitatis
 comparatus esse
 pietate summa
 exsilis aliquan
 tamen militiae
 est, et ludis g
 tandi et venan

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

ALFONSUS XIII HISPANIAE REX.

Aferiis illis perquam solemnibus, quas Iberi his diebus concelebrant, quum Alfonsus XIII rex Sancti Ferdinandi thronum ascendit, latinae gentes et populi haud dubie alieni esse non possunt. Laetantibus itaque Ibericae reipublicae vocibus atque auspiciis germanae nationi oblatis, ut in pristinam fortunam sub rege novo resurgat, suapte natura accedit suosque ingeminat plausus *Vox Urbis* haec nostra, cui Iberica gens et religionis, et humanitatis, et rerum gestarum vinculis tam arcta fide coniungitur.


Neque hodie de Iberica re de eiusve condicibus est loquendi locus, neque spes enarrandi certas quibus erigitur, aut mala quibus angitur, neque causas inquirendi, quae in praesentem statum imperium illud adduxerint, cuius fines antea solis nesciebant occasum. Ceterum haec iam pluries dixerat atque investigarunt viri doctissimi, qui immo nova studia ad rem hoc ipso movebunt, quod Iberica gens, licet novissimis obnoxia infortuniis, nobilitatem tamen ac dignitatem servavit, quae viros fortissimos decent. Quis enim ignorat illi populo affulgere adhuc vehementer lucem, quae antiquitus latinis populis principatum orbis tradidit, quem nee amiserunt haec tenus, etsi iuniores gentes atque novae undique aemulentur?

Unum id praestat, gentem consalutari atque regem, qui primo iuventae flore imaginem quasi praebet veris primi, in quam Iberorum oculi passim intendunt, non inani spe confisi sibi fructus uberrimos allaturam.



Alfonsus XIII, anno MDCCC LXXXVI natus, augustum parentem non novit, ideoque sub Christinae reginae tutela adolevit, matris piissimae atque item fortissimae mulieris, quam non Iberi tantum, sed omnes gentes admirantur, et demum historia integro iudicio posteris commendabit, quod regnum diuturnum tot obstatulis asperum, tot aerumnis obnoxium per aetatem Ibericae genti ferme inauspicatissimam, constanti animo atque erecto servaverit. Ipsa itaque augustum quae filium erudit materno studio, regali magnanimitate, ipsa nunc eundem populo tradit adolescentem integrum, virtutibus optimo rege dignis ornatum, omni humanitate exultum, patriae studio ita correptum, ut ad civitatis suea felicitatem atque gloriam comparatus esse videatur. Maternas enim curas pietate summa filius rependit; idem quamquam exsilis aliquantulum appetit adspectu, rude tamen militiae tirocinium diu lateque expertus est, et ludis gymnasticis sese exercuit, et equitandi et venandi et iaculandi artem apprime

didicit; at nihil umquam gratius habuit, quam ore amico inter legionis suaे centuriones atque manipulares obversari. Cuius rei nota etiam ex hoc deprehendi potest, quod ipse qui scribo, superiore anno cum in Hispania versarer, audivi. Cum Madriti Weyler utriusque militiae praefectus militare excursionem indixisset, Alfonsus cum sua legione praesto fuit et castrorum labores divisit. Mox autem, cum hora quiescendi venit et considerunt sparsim per glebas milites, regi pulvinus sedulo adponitur. Quid ille? Calecis ietu statim ac ridens molle removit pulvinum, atque, ut alii fecerant, in herba se abieungit.



cit artocreas quoddam gustans a quodam ex populo militibus oblatum.

Patet igitur cuius indolis sit rex, quantum ab omni iactantia alienus; neque inde mirum quod simplices res diligat, longeque assentatorum agmina repellat, quod amicos libere, sed vera loquentes malit, iisque dextram iungendam, quam, Iberico more, osculandam porrige.



Sed licet etiam tutissima atque optima de ipso auspicio sumere, ex cura qua est institutus. Nam si in mores eius atque affectus informandos ipsa mater incubuit, optimis magistris eum commisit, qui docerent litteras boinasque artes, et belli pacisque disciplinas.

Quorum documentis optime iuvenis respondit, ita plane ut praecipuis Europae sermonibus uti possit, ut optimos antiquitatis scriptores probe intelligat, praesertim latinos, de quo gratulantur *Vox Urbis* scriptores et socii, omnesque nobiscum qui iure existimant, veterum litterarum studia esse quasi totius sapientiae fundamenta. Sunt enim litterae quasi sapientiae vestes atque forma, quas novas semper saecula effingunt.

Haec menti haerent omnium gentium, haerent Ibericae, ne terra, quae Senecam, et Martialem et Prudentium poetas genuit, tantae gloriae obliviscatur, sed potius latini generis memor unde ortum duxit, romanis ex virtutibus novas vires novae viae terendae resumat. Est enim, velis, nolis, humanitas haec nostra omnis latino sanguine nata; quibus si originibus adhaeserit, quas si servaverit, etiam novarum rerum regnum imperiumque retinebit.



His itaque omnibus oriatur Alfonsi XIII regnum; hic Iberorum animi concordia fideli atque perenni accedant; hic manus conserant vigiles, tamquam ad arcem salutis firmissimam. Sileant irae, factiones cadant, quibus patriae robur divisum pessundantur; ac tandem aliquando experiatur Iberica gens illud esse saluberrimum Sallustii monitum, parvas res concordia crescere, discordia dilabi maximas.

Conveniant omnes ad novum regem et plausu et spe, unoque labore ad nova patriae fata contendant, quae florens regis aetas laetissima auspiciatur.

P. B.



ALFONSO · XIII

HISPANIAE · REGI
AD · REGNI · GVERNACVLVM · ACCEDENTI

*En nocius exoritur tibi Sol, Hispanica tellus,
Alfonsi prisco nomine conspicuus.
Edidit Hunc Aurora nitens (Christina cocatur)
Ac radios docuit fundere purpureos.
Regem quae deceant praeclarum, Matrem magistra,
Virtutum dotes induit Ille libens.
Ipsiis ante oculos Patriae stat semper imago,
Aut potius medio conditum usque sinu.
Carius hoc Regis studium votumque perenne:
Subiectos populos arte beare sua.
Quos regit, his avert esse prius tutorque paterque,
Pacis, iustitiae, religionis amans.*

*Hispanis igitur resplende, Sol nore, terris;
Affer et his longum frugiferumque diem.
Quas Erebus commorit atrox, dispelle procellas;
Sidereo nubes lumine vince nigras.
Te gravis Historiae vox olim laudet et, almo
Vatum iuncta choro, sic tua gesta canat:
Optimus Ille fuit Rex, servantissimus aequi,
Magnanimus, clemens, perrigil, impavidus.
Hunc timuere mali; sed amavit quisquis avitam
Castiliae linguam diligit atque decus.*

FRANCISCUS XAV. REUSS.



PRO LINGUA LATINA.

ETSI latinae linguae patrocinium clarissimi aetatis nostrae viri suscepunt (1), quorum auctoritati nihil ferme adieci possit, nihilominus, quia latinitatis res Commentarii nostri res est, haud inopportunum ducimus quaestio nem paucis complecti, non quasi aliquid nobis assumentes, sed suffragantes iis, qui hac de re optime senserint.

Ante annos prope XL, quum studiis nostra magnus pateret aditus, doctrinæque laus fere ad medicos, ad iurisconsultos, ad sacri ordinis viros pertineret, omnis institutio antiqua humanitate maxime nitebatur. Prolatis deinde cognitionis finibus ac litterarum, auctisque ob reipublicae conversionem civium negotiis et administrandæ civitatis officiis, hand respondere novis temporibus visa est vetus disciplina. Quare, non solum doctrina multiplex addita est litteris in lyceis, sed artium scholæ institutæ, quas *tegymnas* vocant.

Brevi tamen, more gentis humanae in contraria vitia currentis, discendarum rerum moles adeo pererebuit, ut communis esset querela, onus Aetna gravius impositum iuvenilibus humeris. Tunc exonerandi quasi navigii consilia agitari coepit, proposita earum rerum iactura, quæ splendori aut voluptati servire magis quam necessitatì aut utilitati viderentur.

Ad hoc genus pertinere non solum graecam, sed etiam latinam lingua facile rati nonnulli clamitarunt: eocur tanta cura demortui sermonis prælinguarum præsenti commercio, quumadulta iam ad populare imperium civitas longe alia studia postulet, quæ sint minimo usi? In antiquis enim litteris persequendis, aut rerum cognitionem spectas, aut artis exempla. Atqui primam exhibet multo uberiorem nostræ aetatis conditio, ita ut nec medicum iam reperias, qui C. Celsi, nec agrorum peritum, qui Catonis, nec architectum qui Vitruvii paginas requirat; artis vero non desunt optimi interpretes. Addunt, plerosque adolescentes aegre studia ista persequi, quæ nihil habeant unde inventur in vita: si quæ forte latina didicerint, earum rerum, vix confecto cursu lycei, memoriam omnino evanescere.

Haec et similia qui spargunt ii profecto non meminerunt viam rationemque impertienda do-

(1) His nuper accessit, illustri patre suo plane dignus filius, Aloisius Zenoni (Dott. LUIGI ZENONI. *Per gli studi classici*. — Venetiis, ex officina Sorteni et Vidotti, 1902).

etrinae in secundi ordinis ludis. Etenim certam aliquam artem qui profiteri velit, huic patent magna athenæa. Media vero institutio gymnasii ac lycei id unum habet propositum, ut hominem formet, non ut doctorem pariat vel artificem. Quare primum eos ludos vitae bene ac sapienter instituendæ præceptis abundare necesse est; tum acienda mens philosophia in usum dedueta, simul illa exhibenda, quibus maxime excitetur animus ad puletri rectique sensus, uti monet Quintilianus: « Pueris quæ maxime ingenium alant atque animum augeant prælegenda (1) ». Ad haec autem nihil forte studio latini sermonis utilius. Admirabilis fuit enim romana magnitudo atque subtilitas, nec sententiarum solum, sed etiam verborum, ita ut qui in eius linguae structuram atque artificium diligentius inspiciat, is det operam sapientiae. Ex hac palaestra latinitatis prodierunt italicarum litterarum præclara lumina; quo factum est, ut pari rerum eventu utraeque litteræ coniunctissime vixerint. Ex eadem palaestra ad athenæum deducti nostri adolescentes longe ceteris antecellunt, qui, simili ingenio, e scholis artium venerunt. Habent enim illius, quod optimum ac decorum est, speciem quamdam et quasi formam in animo sensuque expressam, qua certi carent.

Aiunt, latinis litteris suffici posse recentiores linguis, cum vernaculo sermone mutuo conferendas. Verum, quam longe minore fructu, propter nimias affinitates! Non his iudicium satis aeuitur, non his patriæ litteræ roborantr. Quæranda stirps altior; intuenda antiqua mater, cuius itali nos retinemus lineamenta quædam, effigiem totam cum labore reperimus. Vix igitur sermo vitae robur accipiat a mortuo, ducto exemplo a romanis, quibus solemne fuit cum graecis semper latina coniungere.

Ceterum hand inferior, sermonum qui modo vident notitiam esse perutilem; quamquam, si omnia, quæ usui esse possunt, essent in scholis præcipienda, non video cur in lyceis non etiam cytharae ac fidibus, cur non saltationi, cur non gladiatoriis ludis, cur non rei culinariae debeat esse locus. Sed haec idecirco suo quaque ingenio et privatis magisteriis relinquuntur, quia rami potius quam radices stirpesque humanitatis habentur, ita ut non turpe videatur in iis hospitem esse.


Quod sicuti forte futilia videantur quæ ad artem et iudicium pertinere diximus, is secum reputet, quantæ ex latinis litteris congerantur opes ad nostrarum rerum pleniorum subtiliorumque notitiam. Vivit enim adhuc avorum humanitas, et, velut cum effectu causa, cum præsenti humanitate coniungitur; vivit in ci-vium sensu latinitas; vivit in sacris et profanis monumentis; vivit in congerie librorum paene infinita; in Religionis usu maxime vivit. Quamobrem, aut extra historiam, seu, quod idem, extra vitam, erimus colloquendi, aut latini sermonis adserenda necessitas. An vero saeram linguam Indorum, quam *sanscritum* vocant, quod penitiores philologiae vel historiae investigationes apprime iuvet, summo studio effemeremus; latinum sermonem, quasi molestum hospitem, propulsabimus?

(1) *De Instit. Orat.*, I, VIII, 8.

At latium sermonem obligeamur citius quam didicimus. Quasi vero aut mathesim, aut historiam, aut alia diutius teneremus, nisi ea profiteamur; quæ tamen omnia de medio sufferre cogitat nemo. Sparge semen; inscio te, forte etiam invito, germinabit. Nonne adspectabilis haec rerum universitas coalescit atomis, quorum quisque mentis nostræ aciem, nedum oculorum, fugit? Ita iuvenilis institutionis elementa parint doctrinæ molem, te frustra querente, quibus maxime rebus illa succreverit.

Denique quod plerique adolescentes ab hoc studii genere abhorreant, quod quidem non facile credimus, id satis argumento est, minime agi de re nugatoria. Uteumque tamen se res habet, quis invitox umquam coegerit ut lyceum adirent? Iamdiu patent instituta, in quibus studia physices ac mathesis, remotis latinis litteris, locum obtinent scholarum secundi ordinis. Quid prohibet quominus idem permittatur futuris actuariis, causidicis minoribus, veterinariis medicis, pharmacopolis? Sie expurgatus ager edet meliores fructus; sie tyronum doctrina de litteris poterit tentari severius; sie denique, studio latinitatis relieto maioribus disciplinis, et utilitati singulorum prospiciet et litterarum dignitati.

P. ANGELINI.



STANISLAUS WYSPIANSKI.

MEDIUM per saeculum, post tres illos nor-dicæ scholæ clarissimos poetas Mickiewicz, Slowacki, Krasinski, Polonica musa silere visa est; modo vero vox eius Sienchiewicz auspicis laetissimis rursus insonuit; ecce autem aecedit nunc Stanislaus Wyspianski, cuius ingenium Parnassi spiritus plene afflavit. Parvus enim hic atque adustus vir, fulva barba, incompto fulvoque capillo, mentem tam divitem Apollinis gratiis sortitus est, ut laudem sibi poetae excellentissimi iure comparaverit.

Cracoviae natus anno MDCCCLXIX ex patre sculptoriae artis perito, artium ingenuarum academiam tum in patria tum Lutetiae Parisiorum adiit. Sed quæ ipse sive calamo, sive coloribus edidit — est enim idem pictor — impervia primum civibus visa, neque statim popularem gratiam sibi conciliarunt. Est autem poeta patriis gloriis atque memoriis perquam addictus, ex iisque semper animi impetus hau-sit; idque a primo usque dramate, cui fabulae nomen dedit, quippe quod fabulam reapse in scenam proferret Wanda, polonicae virginis, Krak principis filiae, quae contra Germanos ab Oriente progressos strenue pugnans Slavorum genti sue victoriam, quasi Cloelia altera comparavit, sese in Vistulae fluminis undas demergens. Huic dramati sequutæ fabulosæ pariter novae tragœdiae sunt, *Sophocleo* stilo concinnatae, *Meleager*, *Protesila*, *Laodamia*.

Hicce ab antiquis argumentis brevi transgressus est auctor ad polonicae historiae glorias. Extremos sua gentis motus duo dramata speant, *Warszawianka* atque *Lelewel*, quorum alteri nomen a populari bellio cantu est desumptum, quem in an. MDCCCXXXI seditionibus concebant Poloni, alteri a Joachimo Lelewel, inter polonicae terræ historicos

maximo, q
exstitit, eq
sul petiit.

Klatwa
paene gra
deest, nequ
pae ultionis
huiusmodi
pariter cont
scripto, cui
in scenas d
dissitas, qu
rius actor,
an. MDCCCO
norum legio

Attamen
dramaticum
Wesele (h.
periore ann
vulgatum, u
rit. Aguntu
ciani Rydel
ius sororem
dimirus Tetn
suæ amanti
agricolis spe
fuit revera
cui tristes in
tem ad opus
Feriantibus
cognatis una
nibus et am
rosarum ces
hiemis conte
tur. At fit ee
atque post c
ries, quæ v
acerimia ple
inertia et l
modata. In i
tremus ille
sponsum iub
structi mane
Archangelo v
excitandam:
classicum, qu
mayerus spon
cumque Hans
enim vigilis
fungendo sibi
gravi somno

Aurora illu
Tetmayerus e
oblitus est. E
rumor auditu
mit, Wernyho
eriguntur; br
vicissim illos
manent. Super
eosque eum c
classicum ad
fatalem tubam
balteum eui s
mit insanus,
eulus seilicet
nuptias; hie
fert, moxque a
atque ludere
tacitique chor
nuptiale, usc

ur citius quam
sim, aut histo-
nisi ea profi-
medio sufferre
scio te, forte
adspectabilis
comis, quorum
um oculorum,
elementa pa-
ra quaerente,
verit.

entes ab hoc
uidem non fa-
o est, minime
tamen se res
ut lyceum adi-
quibus studia
atinis litteris,
ordinis. Quid
tur futuris ac-
rinariis medi-
tus ager edet
etrina de litt-
denique, stu-
disciplinis, et
et litterarum

. ANGELINI.

LANSKI.

res illos nor-
petas Mickie-
ica musa si-
Sienchiewicz
t; ecce autem
ski, cuius in-
flavit. Parvus
va barba, in-
tam divitem
laudem sibi
araverit.

XIX ex patre
enuarum aca-
etiae Parisio-
calamo, sive
m pector —
neque statim
nt. Est autem
ris perquam
impetus hau-
cui fabulae
m reapse in
cae virginis,
Germanos ab
ns Slavorum
altera com-
andas demer-
osae pariter
stilo concin-
mia.

brevi trans-
storiae glo-
lou dramata
elevel, quo-
ellico cantu
CCXXXI se-
lteri a Ioa-
ae historicos

maximo, qui ipsius anni civilis motus princeps
exstitit, eoque infeliciter confecto Bruxellas ex-
sul petit.

Klatica contra tragœdia, id est *Maledictio*,
paene graecam indolem redolet; nec chorus
deest, neque « unum triplex », neque vetus cul-
pae ultiōnisque informatio. Sed tamen drama
huiusmodi numquam prodiit in scenam, idque
pariter contigit postmodum alteri ab eo de-
scripto, cui *Legio* titulum apposuit, duodecim
in scenas diviso, solutas tamen atque inter se
dissitas, quibus nihil est commune nisi primarius
actor, Adamus Mickiewicz, qui Parisiis
an. MDCCCXLVIII Romam migravit, et Polon-
orum legionem conscripsit.

Attameh præclarissimam poetae laudem
dramaticum poema novissimum comparavit
Wesele (h. e. *Nuptiae*) Cracoviae primum su-
periore anno actum, ac modo tanto successu
vulgatum, ut paulo post iterum edi opus fuerit.
Aguntur in scena campestres nuptiae Luciani Rydel poetae cum rusticula quadam, cuius sororem natu maiorem uxorem duxerat Wladimirus Tetmayer, clarus pictor itemque patriae suae amantissimus, qui Poloniae libertatem ab agricolis sperans, agricola factus est ipse. Adfuit revera his nuptiis conviva Wyspianskius, cui tristes inde de re publica cogitationes mentem ad opus incitarunt. Summam referre iuvat: Feriantibus atque epulantibus rusticis nuptiae cognatis una cum patriciis sponso illustri adfribus et amicis, fasciculus quidam ex stipulis rosarum cespiti impositus, ut flores a rigore hiemis contegeret, ludi modo ad epulas advocatur. At fit ecce prodigium: venit fasciculus ille, atque post eum longe producta larvarum series, quae varia cum hospitibus colloquuntur, acerrima plerumque et ad singulorum ordinum inertiam et hebetudinem veluti satyram accommodata. In inferis his Wernhyora habetur, extremus ille polonicae reipublicae vates; hic sponsum iubet agricolas cogere, ut armis instructi mane ad ecclesiam adsint: ipsum cum Archangelo venturum ad gentis suae seditionem excitandam: tradit simul Tetmayero aureum classicum, quo populum ad bellum incitet. Tetmayerus spondet se iussa impleturum, classi-
cumque Hans iuveni religiose committit; ipse enim vigiliis defatigatus impos muneri apprime fungendo sibi videtur: reapse, ubi Hans discessit, gravi somno opprimitur.

Aurora illucescente rustici in armis adsunt, Tetmayerus excitatur, qui tamen omnia iam oblitus est. Ecce autem ex improviso equorum rumor auditur: tunc rei sensum Tetmayer resumit, Wernhyora mandata rusticis exponit; animi eriguntur; brevi tamen, somnus enim magicus vicissim illos aggreditur, qui rigentes quasi manent. Supervenit Hans ille classici custos, eosque cum dormire passim videat, manus ad classicum admovet...; at heu! perdidisse sese fatalem tubam animadvertis neque amplius quam balteum cui suspenderat habere, dumque ingemit insanus, accedit homo ille palearis, fasciculus scilicet ex stipulis, quem vocaverant ad nuptias; hic falces e manibus dormientium affert, moxque ascendens in pluteum fides assumit, atque ludere incipit. Tunc illi etsi dormientes tacitique choream lente agitant agrestem atque nuptialem, usquedum galli cantus auditur; tum

Hans paene amens eos appellat, clamat, ut ex-
pergiscantur, tempus, ait, ultiōnis adesse....
frustra tamen; misera fascinatio perdurat, per-
durat chorea lenta, inconscia, misera, dum sti-
pularis ille vir leniter canit: « O agricola, clas-
sicum aureum habuisti, habuisti villosum pileum:
pileus circumvolitat in agro, classicum in silva
est amissum... unum mansit tibi balteum, nihil
reliquum est quam balteum... »

Quae vis sit symboli huius, quae asperitas
satyrae nemo non videt; agitur polonica gens
in choreas ad stipularis hominis cantus: au-
reum classicum, id est ad patriae caritatem in-
flammatio, amissum est, cives exulti agricolas
magniloquis vocibus sermonibusque sommo de-
merserunt: mox ipsi vicissim eodem sopore vin-
cuntur: hoc pacto in orbem circunneunt omnes,
neque ad libertatem assequendam iam ullus est
gradus.

Hoc itaque drama agitur nunc per Poloniam
ubique, ac fama est illud eo stupore perculisse
cives, quo Germanici primum suscepere Schillerii
tragoediam cui titulus *Latrones*, in lu-
cem editam his verbis: « In tyrannos ».

I. ANTONELLI.

DOMESTICA EX LIGNO SUPELLEX

PARISIIS quantocetus monumentum assurget ad recordationem Caroli Andree Boule, qui, in urbe illa natus anno MDCXLII, gravis annis mortuus est, principem assequutus arte mirabili laudem, quod sedilia, armaria, mensas, sexcenta que generis huius ita decorarit, caelaverit, atque ornaverit, ut quidquid sealpro, auro, tes-
serulis, argento, coloribus perfici potuerit, omne perfecerit. Ex his multa igne abstulit Parisiensis illa procella, quae ab anno MDCCXC ad annum MDCCXCIX saeviit; plura quoque eadem in urbe bellorum civilium flammæ annis MDCCCLXX-LXXI deleverunt; quae autem, aut iam inde sublata, aut empta iampridem, tanti nunc habentur, ut qui aliquid ex hisce possideat, satis divitem sese existimet, ac difficilis longe sit reperire qui vendat, quam invenire passim Croesum emptorem. Ita enim in iis fingendis, formandis magnificentiam quamdam cum Pallade optima conciliavit, ita ornamentorum ex auro, aere, argento copiam mole ipsa supelleciliū temperavit, ut siquod exiguum non oppimeretur ornatu, siquid ingens, forma non minus quam ornamenti excelleret. Quapropter, Moecenate illo rege Francorum celeberrimo, quem historiae « Magnum » antonomastice, et « Solem » appellant, Aloisium XIV, magnificentia regia opus quodcumque Boulei huius rependente, honoribus, titulis, amicitia, humanissimis et blandientibus colloquiis, laudibus cum laudibus, palatia illa Fontis-Bellaquei et Versalliarum supellecilibus omnibus paene auctor iste complevit.

Quaeque enim ibi erant, ex genere sedilium, candelabrorum, mensarum, speculorum, caducorum, pluteorum, armariorum, seriniorum, abacorum, capsularum, etc., ipse anaglyptis, encaustis, musivis, topiario opere, ab atramentario ad acetabulum, a sigillo ad malluvium confe-
cerat, data rerum faciundarum imagine fabris minoribus, faciens et ipse, eodem tempore archi-

tectus et artifex unus et omnia simul. At quem-
admodum supelleciliū, quam ex Aloisio ipso XIV
placuit appellari, XIV munificentiam et gra-
ecam nuditatem et elegantiam oculis praebet ita,
ut cui inservierit, et quis iusserit sit facile no-
scere, eademque designat tum initium et quasi
adolescentiam quadagenarii illius regni, tum
eius plenos virium annos, et quasi medium,
tum senectutem quae ostentatione et fastu magis
quam elegantia gaudebat, ita supelleciliū, quae
XII eiusdem gentis regi Aloisio famulata est,
indolem regis huius plane declarat, eique plane
consona habetur. Aeger hic enim et chronicus,
ut medici dicunt, religioni, quotidie ingruente
territus morte, moestus inserviens, supelleciliū
severam, austoram sibi amabat, animaeque suae
consentaneam gementi. Rigent omnia, atque
ubique vides aliquid funereum, dignum sepul-
ero, vel sepulcri modum ostendens; olen omnia
morte, praeter quod temperant lugubre hoc in-
terdum imagines Deiparae atque Beatorum, nulla
tamen oris, incessus gratia perfusae, suntque
ubique flamarum imagines, sive haec sym-
bolum darent animæ tendentis in caelum, sive
in vidente recordationem ac timorem ignis in-
fernī, vel purgatoriū excitarent, ut a peccato
deterreretur.

Quam diversa porro ab illa, quae, minore
adhue XVI Aloisio et sub tuto, mulierculis
morem et mores gessit, quas nominibus *Pom-
padour* et *Dubarry* notant gallici annales. Mi-
nus artis, gratiae magis, nec quod stabile, nec
quod bonis oculis Pallas durable fingeret, sed
quod fluxum, ambulatorium, caducum in ipsa
levitate est. Divitiae multae, magna effusa auri
copia, serica omnia vivis aeu picta coloribus,
textilia, coria notata auro, argento contexta,
depicta passim omnia, et omnia pariter impura.
At, seeptra Aloisio XVI suscipiente, implebant
artifices omnes graecæ et romanae memoriae,
novus iis inde cursus in omne, quod optimum
pulcherrimumque arte esset, et, rege hoc, ve-
luti apicem sunt assequunti Rijsener, Gouttière,
Sauviniere, et plerique, quorum maximo nunc in
pretio sunt opera. Respublica illa gallica mo-
rem regium, magnificentiam supelleciliū abra-
sit, ceu reges et optimates et dynastas exci-
derat; at, quis credet?, post Aegyptiacum bel-
lum, viridi aere confectæ super lectulorum
columnulas et fulcimina conopæorum sphinges
Aegyptianæ apparuerunt.

Napoleone I Caesare, ambitiosa, ingentia
in supelleciliū, et abundantia auro sunt omnia.
Tum, Aloisio Philippo rege, multa remissius,
nolo dicere, sed paene ad paupertatem redacta;
Napoleone III Augusto, indolem huius et su-
pellectiles gallicæ sentiunt; habentur enim et
quae reddant, imitantes, gloriam Aloisii XIV,
et quae terrores XII Aloisii, et quae, XVI
Aloisio rege, graecam romanamque sapient
artem; magnificentiam vero tertii imperii, et
secundas initio domi militiaeque res non ob-
scure indicant.

Atqui ego velim ut, qui possunt ingenio, in
hoe supelleciliū studium incumbant. Num-
quid in antiquissimis picturis, quae ex Ae-
gypto, et Creta, et Mycaenis et aliunde veniunt,
historiam ignorati temporis non habeamus, aut
saltē aliquid non eruamus?

P. ALEXIS.

Madritensis platea *Puerta del Sol*.

MADRITUM.

MADRITUM, urbs caput Iberiae, in qua solemnia his diebus celebrantur ob Alfonsum XIII in regnum initiatum, digna est profecto quae, non brevi tantum quo premur spatio, illustretur. Eius fines Mantuam Carpetanorum, huius populi olim oppidum princeps munitissimum, occupant; auxerunt vero urbem ampliaruntque Visigothi reges primum; deinde qui iis successerunt Mauritani victores. Aevo, quod medium dicimus, ex oriente, Maieritum nomen suscepisse ferunt, neque magni momenti fuisse Castellanis regibus imperantibus; at in dictionem Mauritanorum eum an. MCXIX urbs venisset, post eius eversionem, novis oppidis novisque vallis instructa est et novo nomine donata, quod tenet adhuc. Rursus ab Henrico tertio rege Castellae regibus restitutam Henricus ipse eiusque successores paullatim ampliicarunt, turrem et aggeres addiderunt; denique Philippus II rex caput regni constituit, quippe quae in media Iberia penitus collocata esset. Tunc florere coepit, et perrexit non aedificiis modo atque divitiis, sed armis, litteris, bonisque artibus, quorum monumenta erunt nomina clarissimorum virorum, qui ex ea olim ortum duxere, quos inter Petrus ille de Heredia Americanis occupationibus illustris, et Franciscus Ramirez tormentis bellieis praefectus, cuius praecipua opera Mauritani Granata ex urbe sunt pulsi.



Madritensis tauromachia.

et poetarum agmen Alon-zus de Ereilla, Lopez de la Vega Carpio, Calderon de la Barca, Antonius Zamora, Iosephus Canizares, Ferdinandus de Moratin: praeterea Aloisius Fernandez, Petrus de Obregon, Petrus Nuñez, Franciscus Canilo, Velasquez fratres pictores.

Sed, ne longiores simus, ipsam urbem adeamus. En Matriti centrum: en ubique a civibus et advenis celebrata et notissima platea patet, quae « porta Solis » nuncupatur (*Puerta del Sol*), in orbem flexa atque latissima, in quam decem vias influunt et maxima civium populariumque frequentia complent.

Convenit enim hue Madritensis populus universus, veluti in forum ad negotia gerenda, ad morandum, sive deambulandi gratia: itaque splendidi divitum currus, velues omnibus per viae, equites, birotae velocissimae agitantur, moventur, inter se obviam occurunt, in contrarium transeunt; ita ut visu iucundissimus loei adspectus evadat.


Huius simile, quamquam certis tantum diebus, alias Madriti urbis locus praebet spectaculum, iuxta tauromachian. Arena quae huiusmodi ludis illie exstructa est, maxima habetur earum, quas eeterae Ibericae urbes habent; spatium enim porrigitur ad decem millia spectantium aptum. Gradus circum ubique: mediumque spatium duplex vallum in circulum praeeingit, mediaque in via quiescent forte athletae atque ludentes, cum taurorum furore nimis urgeantur. In summis gradibus autem peristyla patent, ab optimatibus plerumque occupata, eorumque maxima habent tum regia, tum ea quae senatorum vel curionum civitatis ordinibus posita sunt. Per circi orbem quatuor portae hiant: prima ex qua tauri egrediuntur contra regium locum, altera unde gladiatores exeunt sinistro latere, tertia ex qua equi edificantur in agonem, quarta denique sub regis peristylo aperitur, littoribus atque praeconibus et ludorum aedibus addieta.

Quorum quidem ludorum historia ex ipso usque Iberorum duce notissimo Roderigo de Bivar, qui nomen habuit *Cid Campeador*, traditionem vetustissimam accipit, quem narrat eum primum in arenam exiisse atque obequifantem contra taurum, hunc lancea maestasse. Eius exemplum sequuti nobilium iuniores solemnibus feris hunc ludo semper vacarunt. Elisabeth regina, quam *Catholicam* cognomine vocarunt, eum eruentum speculum prohibere constituisset, frustra tentavit. Aucta inde civium delectatio et consuetudo, atque eo, ut ipse Carolus V imperator manu sua in Valdoletana arena taurum prostraverit. Ferdinandus Pizzarro, Peruviani regni vicit, strenuus pariter gladiator evasit, neque Sebastianus rex Lusitanus,

neque Philippus IV Iberus in campum et ipsi descendere renuere. Itaque saeculo usque XVIII ineunte optimatibus nnice arbitrium pugnandi patet idque equitantes servabant ita ut per raro pugnantium clades contingere. Verum paulo post plebeii mactatores advenere, qui et pede libero et equo insidentes digladiarentur; atque eos inter Franciscus Romero de Ronda, ludendi peritissimus artifex, regulas posuit atque taurum sternendum gladio constituit. Inde plebis favor ita ludis accessit, ut modo inter consuetudines dilectissimas Iberi habeant, atque ubique per suas civitates et oppida tauromachiae arenas exstructae fuerint.

Elisabeth reginam quia nominavimus, in memorem sociorum revocare iuvat, ipsa regnum cum teneret, et Granatam urbem captam, et Americanas terras a Christophoro Columbo repertas. Non absconum igitur gloriae et grati animi signum Matritensis civitas sua intra moenia posuit, pulcherrimam quidem et gravem et dignam tanto nomine memoriam.

Sed monumentum alterum, idque longe diversum, ad sese allicit. Regales, inquam, aedes, quae inter pulcherrimas maximeque ornatas reen-




Elisabeth reginae monumentum, Madriti sentur, ab Europae regibus habitatas. Spectant quidem ad occidentem versus ex colle acclini, ita ut visu gaudere liceat agrorum illorum fertilium, quos Manzanares flumen dextero fluctu lambit. Incendio deletas Philippus V rex restituit adspectu graves ac severissimas, sacelloque pretiosissimo, tabulisque maximorum pictorum, marmoreisque figuris ditavit.

Quamquam pietis tabulis, signis, armis celeberrimis opportuna loca sunt Madriti constituta; aedificiumque est quoque libris adservandis plus ducentis millibus ad numerum, quibuscum collecta sunt Arabum manu scripta vetustissima et maximi inde habita.

Omnia haec praeterire egor, ut de *Escurial* oppido loquar celeberrimo, quod hand procul ab urbe Philippus II, magnus Iberorum rex, posuit in honorem Sancti Laurentii martyris, enius templum post vitoriam ad S. Quintini collegi Iberici milites, belli lege cogente, missilibus atque glandibus petierant. Inde votum a rege ut ad iniuriam martyri sarcinam monumentum poneret, idque adeo ingens, ut unum et viginti annos exstructio perduraverit. Architecti fuere Ioannes Baptista Toletanus atque Herrera, qui ut magis perspicue appareret levitatem martyri locum esse sacrum, ae-

dibus omnibus
lius seilieet su
adustus. Crati
aedibus templ
bus praesertim
splendidissima
vitiis ornatae,
Inter tot vero
Philippi cella
parva, et mon
data, cuius ex
amoveantur, p
sacris quoque
exspatiatur at
men habuit, q
rum, quae prop
templi adspect
marmore atque
supelletili sa
pietate regum
ecclesiae decor
aditus per gra
aperitur, ubi q
rolo V imperat
Escorial aedib



atque bibliothec
ginta voluminu

BABYLONI

ANTEQUAM ea
hisce effossi
et commentariis
commentaria, no
tamen arcens, ill
« Babylonis onus
erit Babylon ill
superbia Chaldae
Sodomam et Gon
in finem, et non
tionem et gener
Arabs, nec pas
quiescent ibi be
eorum draconibu
nes, et pilosi sa
ibi ululae in ae
bris voluptatis».

(1) ISAIAS, c. XIII.

(2) JEREM. c. L.


n campum et ipsi
eculo usque XVIII
bitrium pugnandi
rabant ita ut per-
tingeret. Verum
s advenere, qui et
es digladiarentur;
Comero de Ronda,
gulas posuit atque
stituit. Inde plebis
modo inter consue-
tabeant, atque ubi-
cida tauromachiae

inavimus, in men-
ipsa regnum cum
eaptam, et Ameri-
Columbo repertas.

et grati animi si-
ntre intra moenia po-
gravem et dignam

idique longe diver-
quam, aedes, quae
ne ornatas recen-

dibus omnibus craticulae formam effinxit, il-
lius scilicet supplicii, quo sanctus diaconus est
adustus. Craticulae ansam reddunt et additum
aedibus templum et aedificii pars, quae regi-
bus praelestim incolendae essent. In ea aulae
splendidissimae maximisque suppellectilium di-
vitiis ornatae, sive tabulis, sive series tentorii.
Inter tot vero tantasque magnificentissimas res
Philippi cella distinguitur, nuda quidem ac
parva, et monacho potius quam regi accomo-
data, cuius ex fenestra tamen, dum tentoria
amoveantur, prospicere in templum licet, atque
sacris quoque privatum adesse. Ante ecclesiam
exspatiatur atrium immne, quod a regibus no-
men habuit, quatuor signis seu statuis decora-
rum, quae prophetarum effigies praefuerunt. Sed
templi adspectus tristis; licet ipsum quoque
marmore atque picturis ditissimum multaque
suppellectili sacra insigne, aurea atque argentea,
pietate regum Iberorum donata. Sacrarium
ecclesiae decorum pariter maxime, ex eoque
aditus per gradus ad subterraneum cubiculum
aperitur, ubi quiescunt regum reliquiae a Ca-
rolo V imperatore ad nostros usque dies. In
Escurial aedibus quoque tabularum collectio



Regales aedes, Madriti.

atque bibliotheca cerni potest, quae quinqua-
ginta voluminum millia asservat.

A. COSTAGGINI.

BABYLONICAE EFFOSSIONES.

ANTEQUAM ea singillatim legerem quae de hisce effosionibus ferebanfur, rem diariis et commentariis nunciantibus, diaria ipsa et commentaria non dimittens manu, ab oculis tamen arcens, illa recordatus sum, quae velut « Babylonis onus » praemonebat Isaías (1): « Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inelyta superbia Chaldaeorum, sicut subvertit Dominus Sodomam et Gomorrah. Non habitabitur usque in finem, et non fundabitur usque ad generationem et generationem, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestiae, et replebuntur domus eorum draconibus, et habitabunt ibi struthiones, et pilosi saltabunt ibi. Et respondebunt ibi ululæ in aedibus eius, et sirenes in delubris voluptatis ».

(1) ISAIAS, c. XIII. v. 19. Id. c. XXI. Id. c. XLVII. —


(2) JEREM. c. L.

Immo ut circa effosiones eius clarius ali-
quid sit, memoranda volo effodientibus et ef-
fossuris verba, quae in Hieronymo habentur:
« Didicimus a quadam fratre Aelamita, qui,
de illis finibus egrediens, Hierosolymis vitam
egit monachorum, venationes regis esse in Ba-
bylone, et omnis generis bestias murorum eius
tantum ambitu contineri ». *Act. ap. i. 10. 11.*

Hisce praemissis, in expositionem nostram
fas erit secundo alite induci. Babylon itaque,
(Hebraice *Baab-Bel*, et *Babel*, nempe « ci-
vitas confusio », seu « ingentis multitudinis »,
aut « civitas – domus – Beli », sive « potentis
Numinis »), si Birchio eruditissimo habenda fides
Aegyptia monumental serutanti, iam inde a
XVIII regum Aegyptiorum progenie florebat
atque vigebat, quippe urbis huius mentio est
in monumento, quod Totmes, vel Teumete III
rege confectum fuit. Patet igitur quod XV ante
Christum saeculo principis urbis et imperato-
riae nomen adepta eset. Talisque erat uber-
rimo solo, fluiis maximis ita alluentibus, ut
munirent simul atque irrigarent, talis sereno
caelo et aethere puro, talis denique recorda-
tione illius immanis conatus, quo turrim in

caelum minaceum homines moliti sunt; ac tanta hisce
simul omnibus creverat, ut, subversa Ninive, in ipsam
delatum sit imperium, quod Assyro-Chaldaeum passim
in historiis celebratur. Nitetri et Semiramis, cele-
berrimae in illa reginae, praeter, qui fuere, reges,
et imperium et urbem late amplificaverunt armis, ae-
dificiis; late ditarunt atque exornarunt, porrecta qua-
quaversus manu, praeditis, manubiis, rapinis; late au-
xerunt ingerentes in eam

gentes et populos, quos
a sedibus suis victos deduxerant. Haec autem
non in sacris litteris modo, sed in ipsis
profanis chartis, nec semel, nec bis factum
legimus, qui de Tobia, de Daniele, de Eze-
chiele, de Mardochaeo, de Ceninensibus, de
Albanis non ignoramus. At apicem decoris et
gloriae adepta videtur Nabopolassare et Nabu-
chodonosor, filio huius, imperium obtinentibus,
eoque proiecta est, ut pensiles horti, Beli tem-



Bibliotheca Madritensis.

plum, urbi data moenia circum, colibentes Eu-
phratem hinc inde muri, propugnacula, turre,
aedificia, urbis universae denique dispositio,

veluti inter mirabilia mundi recenserentur (1).

Cyro, Persarum duce, et socero eius Astiage
Medorum, obsidentibus, et Euphratis cursum
allo divertentibus, perque aridum fluminis al-
veum noctu cum exercitu subeuntibus, capta
est, caede, rapina, incendiis vastata, viduata
imperio, quod in Medos Persasque translatum,
multa pertulit; quum contra Persepolis, cete-
raequi principes hostium urbes succrescerent.
Tanta haec tamen erat, ut Alexandro Philippi
Macedonis Persarum rem dominationemque oc-
cupanti, et digna tanto rege, et principatum
adhue prae reliquis obtinere videretur.

At hoc obeunte acerbo funere, Graecorum
imperio dilacerato inter minores duces, qui
Alexandro parebant, Seleucus Antiochi, qui
Babylonensem regionem penitus manu obtainue-
rat, Seleuciam condidit ad Tigrim flumen, in
quam et divitiae et gentes Babylonicae, utpote
in urbem, quam regni principem fore decre-
verat, delatae sunt. Ex illo Babylonenses omnes
labi res et subverti cepere, et fato premente,
et ira Dei subruente, et Euphrate ipso alluvio-
nibus conurante, quotidie in deterius procum-
bere, quotidie mori, quotidie destrui, quasi finea
comedente, donec penitus delituit.

(1) Cfr. HERODOTI, lib. I., §. 178, 184, 185; DIODORI SICULI
lib. II., §. 6.



Escurial, oppidi ad Madritum, prospectus.

Augusto imperante, prorsus derelicta narratur. Mox Persarum reges, quippe arbores ibi creverant, muris eius enormibus usi sunt, quibus venatu excipiendas regio feras includerent; adhuc enim moenia illa aliquantulum eminebant, erescientibus interea circum dumis et arboribus et solo.

Circa XII saeculum ita regio, ita campus, ubi olim tanta fuerat, habebatur, ut ne propriis quidem ruinis dignoscenda crederetur. Nostro tempore, tres vix annos ab exordio rei numeramus, lecta eruditorum virorum manus e Germania, doctore Roberto Koldewey duce, deveniens effossiones hic illie tentavit in campis ad vicum Hillah; ibi enim traditio incolarum, ibi veterum scriptorum narrationes, ibi, inquam, vel circa, vel cis, vel trans, vel cominus, vel eminus exstisset Babylonem indicabant. Erant in aequo cumuli quidam, quibus, qua essent, nulla causa erat; erant hic illie quasi scopuli, qui postea murorum rudera, aut reliquiae, aut quasi dentes comperti sunt. Hinc additus tentantibus, quaerentibus et scrutantibus animus. Ingens ceperunt opus; et, qui eminentiores cumuli, terebrati. Doctrina duce, labore socio, comite fortuna in arcem illam regiam, a Nabopolassare

9]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XXXVI. — VULPES ET HIRCUS.

*Contigit, ut peregre vulpes una iret et hircus,
Cornibus ille potens, nullus ut ante caper;
Nec tamen emunctae naris, dum nare sagaci
Mire pollebat fallere docta comes.
Praetereunt puteum sitientes: huc et uterque
Descendens, avido gutture sorbet aquas.
Ut sitis est depulsa, capro sic callida vulpes:
- « Optime compotor, iam quid agemus? - ait. -
Scilicet haud satis est latices hausisse, regressus
Nobis ad superos nunc faciendus agros.
Ergo attolle pedes armosque et cornua celsa,
Queis putei paries commoda fulcra dabit.
Ipsa petam saltu tua colla, hinc cornua, et inde
Os caveae; tua mox sospita, frater, ero».»
- « O bene res inventa! per hanc barbam - caper inquit -
Mira, soror, cerebri vis aciesque tui.
Hanc (ultimo fateor) nostro de carcere laetam
Non ego sperassem posse patere fugam».
Ocius e puteo vulpes leris exsilit, hircum
Haerentem medias deserit inter aquas;
Quem tamen egregio monuit sermone, molestam
Ne pigeat forti pectore ferre vicem:
- « Munere si caeli tot haberet mens tua micas
Consilii - dixit - quot tua barba pilos,
Non te misisses puteum male cautus in imum.
Hinc me proripui; vive valeque, comes.
Si potes, emergas; res expedienda morari
Me prohibet». Finem prospice, quidquid agis.*

XXXVII. — EBRIOSUS EIUSQUE UXOR.

*Urget quemque suum vitium, quod sponte recurrit,
Quidquid seu damni sire pudoris habet.
Rem probat exemplum, mihi quod subit: omnia namque
Pondus ab exemplis carmina nostra petunt.
Vastabat potor, Baccho devotus alumnus,
Ingenii vires, corpus opesque suas.
Dedita gens rino medium non virit in aerum,
Finem quin nummis fecerit ante suis.
Uxor ut hunc reperit musto de more madentem,
Cui mens in vacuo tota sepulta cado,*

inchoatam, a Nabuchodonosor absolutam, incidunt, mediique sunt parietibus, ubi Balthasar rex Chaldaeus seribentem vidit manum funerea notissima illa verba *Mane Tecel Phares*, scilicet « Mane te cellet Phares, (Persa) », cum in coena cum feminis magnificentissime discumberet, aurea Salomonici templi vasa polluens. Eadem nocte Cyrus Persarum illie fuit cum exercitu, et « imperfectus est Balthasar rex Chaldaeus ». Ibi et Alexander Macedo triumphans, brevi mortuus est, incertum utrum veneno, an praecipi morbo abreptus.

Post haec ingens Marduki, idest Beli, templum inventum, quod, etsi iam antea conditum fere millennio, tamen ita Nabuchodonosor au-
xerat, ut septem, praeter basim, ordinibus in caelum attolleret. Quae omnia Nabuchodonosor fecerat, fecerat Nabopolassar, ut seulus Sennacheribi regis urbem incendentis expiarent. Hic vero incendens morem Ninivi suaे gesserat; nam Assyriis dominis infida Babylon et saepe rebellis. Aemulam vero Babylonem Ninive prae-
saga mali et ruinae, prouti accedit intra octoginta ferme annos ante natum Christum DCLXXXIX, timebat, et de imperio cum ea dimicandum sibi sciebat. Ninive igitur subversa est a regibus As-

*Alte stertentem rapit immittitque sepulcro,
Vis donec nimii sit bene cocta meri.
Ut rediit sensus, vir ubique insignia Mortis
Carbasa nigra videt, funereasque faces:
- « Ah! - gemit - ah! ubi sum? mea coniux estne marito
Orba? » Sub his feretrum vocibus uxor adit;
Vestibus ac sermone refert larraqe Megaeram,
Fercula dum praebet sulphure plena viro.
Qui reputans stygium se cirem: - « Dic - ait - Umbra,
Dic - ait - Atra, quis es? » - « Sum coqua tartarea,
Quae - sic illa - fero tua pabula». - « Pabula? Non tu -
Ebrius erupit - pocula porrais item? »*

XXXVIII. — PODAGRA ET ARANEA.

*Atrox cum podagram genuisset Styx et arachnem:
- « Vos - ait - o natae, gloria quanta manet!
Progeniem quippe humanam terrebitis ambae;
At videamus, ubi vos habitare iuvet.
Tectorum genus ecce duplex: hinc atria vasta,
Auro pista; rudes hinc tenuesque casae.
Quae sit vestra domus cuiusque, aut discite sorte,
Ductis mensura disparate straminibus;
Aut inito, si marvulis, decernite pacto ».
- « Nolo limen inops » - inquit araneola.
- « Nec me - sic morbosa soror - iuvat aula superba,
Obsita tot medicis, hostibus illa meis ».
Occupat, haec in verba, lares arthritis egenos,
Illotumque pedem corripit agricolae:
- « Pollex iste mihi - declarat - strata parabit
Ampla, nec Hippocratis pervia discipulo ».
Scanderat interea regale lacunar arachne,
Ceu sibi perpetuo tecta locata forent.
Stamen ibi rovlit, sua quo tentoria constant:
Pendula musca cito prima trophyae dedit.
At scopis ancilla vigil tentoria rumpit,
Textaque mox iterum rumpere persequitur.
In hora tanta suos hospes deferre penates.*

*Cogitur heu! quoties sol novus exoritur.
Indigneque ferens, sibi tot periisse labores,
Postremum podagrae rustica tecta petit.
Haec erat in campus, quo claudam traxerat acer
Villicus, heu tortor iure vocandus atrox.
Nam, seu vertit humum, seu caedit ligna, misellam
Secum vertere humum, caedere ligna iubet;
Parte ex dimidia rictam ratus esse podagram,
Si fuerit duris exagitata modis:
« Ah! pereo, tot pressa malis - sic villica nenti -
Mutemus, quaeso, limina nostra, soror »*

syriis an. a. Ch. DCVI, nec ultra aedificata; Babylon in Nabopolassar invenit non modo qui restitueret, sed muniret, ornaret, ditaret, in Nabuchodonosor, qui ad ea, quae fidem superant, adduceret magnificentia, potentia, divitiis. Nec diu quaerendum fuit regum palatum, quod nos, Horatio magistro, potius arcem diceremus. Nisi murus, praecingens fere quadratam aream, cuius altitudo metr. duo et viginti numerat, ille sit, quo Persarum reges ad coercendas bestias provectione utebantur, immensa spatia soli occupari ab hoc aedificio dicenda sunt, cui sexcenta et quadraginta metra per unumquodque latus; quatuor vero, eademque paria sunt latera.

Atque haec regis domus. Cetera, quae minora circum, aulicis et viris regiae addictis destinatae videntur. At, dum ima tentare volunt fossores, omnia ruinis obsita, cadentibus periculosa parietibus, fornicibus super lapsis obstructa invenierunt. Plura tamen fragmenta reperiere, in quibus Nabuchodonosor nomen regis inscriptum olim (eheu! quonam scribente?) legitur adhuc!... Praeclarum quoque ibi est quod reperta sit columnula, quam « stelam » archeologi dicunt, metro et amplius alta, hieroglyphicis « Ittitis » caelata, in qua numen « Ittum » procellis do-

*Annuit oranti muscarum callida captrix,
Fumida quae properat tigna subire casae.
Scoparum metus hic nullus; nulla improba serva,
Quae sua textricem texere sera retet.
Arthritis contra nitidas in praesulis aedes
Irrepens, lecto detinet usque virum.
Sic priscas mutasse domos soror utraque gaudet;
Sic datur artistro rixere eximia sua.*

XXXIX — LURUS ET CICONIA

*Grandia frusta solet gens deglutire luporum,
Qui raptim, quidquid corripiuere vorant.
Festo forte die, lupus haustu sorpserat uno
Offam praegrandem, paeneque letiferam.
Scilicet os imis transversum faucibus haesit,
Vocibus occlusa spirituique via.
Dum desperat hians mutusque, ciconia vertit
Huc, veluti caelo missa favente, gradum.
Signa lupus nutu dat supplex: advolat ales,
Nec tardam rostri forcipe praestat opem.
Obiice dimoto, benefacti praemia poscit:
- « Praemia? - sospes ait - ludere visne, soror?
Illaesam licuit nostra de fauce referre
Cervicem: merces haecceine parva tibi?
I, male grata bipes, ac si tibi cura salutis
Ulla manet, nostro stabis ab ungue procul ».*

XL. — LEO AB HOMINE PROSTRATUS.

*Pictor adumbrarat grandem saevumque leonem,
Unus quem rictum calce premebat homo.
Victorem cum spectantes ad sidera ferrent,
Garrula praeteriens obstruit ora leo:
- « Vincitis hac - inquit - tabula testante; sed auso
Fingere, quae vellet, creditis artifici.
Verius a nostra staret victoria gente,
Si, quo renatur, vinceret unque leo »*

XLI. — VULPES ET UVAE.

*Vulpes (incertum, Normanna an Vascone nata
Matre) vagabatur paene perempta fame.
Suspicit e summa pendentes vite racemos,
Molles, turgentes, undique purpureos.
Ura placet iucunda; sed heu! sublimis hiantem
Cum fugiat furem, spreta repente fuit:
- « Crudior est - inquit - nostroque indigna palato »
Fastidire iuvat, quem gemuisse pudet.*

(Ad proximum numerum).

minans designat
et a ceteris « It
Ittum sermonem
mus. Quid si s

Praecipua in
viis urbanis vi
Nabuchodonosor
templo Marduk
duebat, oppid
templum Nebo
tannis, primo a
simulaerum de
autem (qui Ap
deuntem Mardu
comitabatur off
rediturus in sua
erat diei solem
conice exprimer
confactus est
atque numinibus
contineretur.

Utrimque ha-
sciabu dixerat,
glyptis testaceis
duobus longos,
dilquentibus; hum-
formatos, dein
colore distinetos
ditos; inde erut
et iterum const
Aibur-sciabu ter
in hoc repertae
atrium, et magn
rum, sigillorum,
que. In his duo
Cyano, quem M
erpta numina;
mina, tonitruaq
quens. Obtulit M
Sennacheribbi fi
hem incendentis
tituet urbem. A
restimento aureo
pieto filis. Laev
quia Solis deus
rit longius dracon
rnificat. *Marduk*
.. Ch. saeculo,
na regalis soli
des, ingens th
elluinis decorat
Nunc omnis eu
tionibus impos
iter?

Multa invenie
aec usque tem
hetarum ad ap
unt!

VITA FUN

Augustinus C
purpuratus, Archi
repentino morbo d
Paderni, in oppido
Sacerdotio inito, t
tum in liberali le
plissimam sibi fam
sciplina exulti et

minans designatum est. Hieroglyphica noscimus, et a ceteris « Ittita » distinguimus, verumtamen Ittum sermonem, uti characteres Ittitos, nescimus. Quid si stela haec adiuerit?

Praecipua insuper inventa ex Babylonensibus viis urbanis via est, qua in suis inscriptionibus Nabuchodonosor frequentius gloriatur. Haec a templo Marduk ad Borshippam, trans flumen, ducebat, oppidum Babylone ipsa antiquius, ubi templum Neboni Deo sacrum et celebre. Quotannis, primo anni die, magna pompa Marduki simulacrum deducebatur ad Nebonem; Nebo autem (qui Apollini similis habendus est) redeuntem Mardukum in templum certo viae spatio comitabatur officiosus, urbanus, domum postea redditurus in suam. Hinc propheta — tanta enim erat diei solemnitas! — ruinam Babylonis laconice exprimens ait: « Cecidit Bel (Marduk), confractus est Nebo », quasi in hisce templis atque numinibus tota, quanta erat Babylon, contineretur.

Utrumque haec via, quam ipse rex *Aibur-sciabu* dixerat, parietes habet conscriptos anaglyptis testaceis, simulantibus leones metro altos, duobus longos, coloribus vivis depictos igne liquentibus; humida, ut credimus, primum creta formatos, dein in totidem sectos lateres, postea colore distinctos et fornacibus ardentibus traditos; inde erutos, postquam concepere colorem, et iterum constructos, locoque appositos. Via *Aibur-sciabu* templum dedit Marduki. Quinque in hoc repertae sunt aulae ingentes, insuper atrium, et magna vis inscriptionum, amuletorum, sigillorum, scarabaeorum, fragmentorumque. In his duo sunt integra ex pretioso lapide Cyano, quem Medici « lapis lazulum » vocant, reperta numina; ex quibus unum, *Adad*, fulmina, tonitruaque, nimbosque manibus intorquens. Obtulit Marduko haec voto *Esarhaddon* Sennacheribbi filius, expiaturus patris Babylonem incendentis et subvertentis scelus; ipse restituit urbem. Alter ex diis est Marduk indutus vestimento aureo, intexto, et versicoloribus acu pieto filis. Laeva annulum gestat sceptrumque, quia Solis deus est; haerent pedibus aquae, rigit longius draco; illae abyssum, chaos hic significat. *Marduk-nadin-sciun*, rex Babylonis IX a. Ch. saeculo, templo donum dedit. Ex aulis una regalis solii vestigia indicat; si vestigiis fides, ingens thronus, et simulacris humanis ac belluini decoratus. Sed, praeter vestigia, nihil. Nunc omnis cura in quaerendo hortos substructionibus impositos. Anne et hi subversi pariter?

Multa invenienda sperant effossores; at ad haec usque tempora nihil praeter minas prophetarum ad apicem et iota perfectas invenerunt!

G. P.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Augustinus Caietanus Riboldi, S. R. E. Pater purpuratus, Archiepiscopus Ravennas, in illa urbe repentina morbo corruptus VI kal. Maias, natus erat Paderni, in oppido Mediolanensi, an. MDCCXXXIX. Sacerdotio inito, tum in sacris muniberibus gerendis, tum in liberali levitarum institutione elaruuit, amplissimam sibi famam comparans viri abundantis disciplina exculti et rerum divinarum et naturae in-

vestigationis. Episcopus Papiensis renuntiatus litteras et bonas artes in sua dioecesi provexit: neque enim doctorum e memoria cessit renovatio templi maximi et vetustissimi, et basilicae S. Petri in caelo aureo ab eo Papiae exquisito iudicio perfecta, itemque feriae perquam sollemnes in Augustini doctoris, ac deinceps in Alexandri Volta honorem indictae, ad quas sapientes undique convenere. Leo PP. XIII studium tantum in homine Cardinalis dignitate condonaverat anno MCMI.

Greitz in urbe vita functus est **Henricus XXIII**, princeps ex Reuss familia, cui primatus maioris cessit.

Iulius Dalou, Parisiensis sculptor, naturae vim cum mentis sua acie temperavit: in toreumatibus effingendis praestit.

Ingenii celeritate maxime praeditus **Xaverius de Montépin**, qui pariter Lutetiae Parisiorum obiit, fecundissimus inter commentarij fabularum scriptores est recensendus, quippe centum et ultra eiusmodi libros vulgavit. Incontinentiam voluptati quam arti potius inserviit.

Anno aetatis sua septuagesimo septimo Berolini acieievit **Georgius e Borussorum regali genere**, notissimus et ille scriptor inter cives suos. Fictio nomine Georgii Courad dramata plura ex historiis edidit.

Michael Augustinus Corrigan Archiepiscopus Neo-Eboracensis fuit vir doctus, prudens, munificus: itaque eius mortem omnis americanorum civium ordo late deflevit.

I. F.

EX AMERICIS

De Stoeffelo doctore morte correpto.

Quis hominum effugiat Atropon illam, quae dira atque inexorabilis vitae filum saepius praeter opinionem abscondit? Abstulit haec et hisce diebus virum, qui exigua Graecorum cohorte facile in Americis princeps, litteris graecis adeo edocitus antebat, ut non gregariis tantum militibus, sed egregiis etiam ducibus admirationi esset.

Negari enim non potest quin hoc tempore magnus doctorum exercitus sit collectus, qui litterarum hostibus bellum indicaret. Atqui inter primores Nicholaus Stoeffel est collocandus. Qui quidem in oppidulo Luxemburgensi Holgem, anno MDCCCLIV natus, ab ineunte pueritia in litteras graecas adeo diligenter incubuit, ut paucis post annis eas optime calleret. Magistri itaque eum in oculis ferebant, eique alii alias vitae metam ostenderunt. Quidam ei tandem persuasit, ut illis Sanetae Crucis se adiungeret sodalibus, qui in republica Indiana opiparum « Nostrae Dominae » athenaeum exstruxerant. Precibus annuit, et proficisciuit in Americam adolescens, ubi, suscepto sacerdotio, docendi munus, ad quod a natura aptus erat, alacris iniit. Quo in munere, quot sibi discipulos conciliaverit, quanta cum cura docuerit, qua ratione litteras graecas planas simul et iucundas reddiderit, haud facile dixeris. Graeca lingua plus minusve antea mortua, doctore Stoeffelo, in dies apud nos revivisebat; discipuli in auditorio graeco crebri et libentes, orique magistri intenti. Quod lingua graeca ad extremam usque tegulam coacta est, non tam discipulis, quam

imperitis magistris culpae vertendum est atque vitio. Hinc taedii fons et odii, quo in litteras affecti sunt discipuli. Qua re perspecta, Stoeffel, hunc fontem industria sua atque sollertia penitus exhausit, aridumque reddidit, effecitque contra, ut antiquus ille fons reperiretur, qui cupidinem litterarum et amorem effundebat.

Res graeca deinde tanto progreditur successu, ut ab ipsis discipulis tres graecae tragoeiae, multis iisque litterarum peritis cum plausu spectantibus, in scenam afferantur, quarum quum ultima eaque *Oedipus* prodiret, adfuit ipse Martinelli, pater purpuratus, qui insolitum spectaculum laudibus in eaelum tulit.

Iure igitur athenaeum illud de tanto doctore gloriarabatur. Praeterea Stoeffel, quum iam varias graecas fabellas in medium protulisset, saerorum librorum novi testamenti epitomen Graeca lingua tam compte conscripsit, ut opus discipulis pergratum tot laudatores conciliaret, quot lectores alliciebat. Profecto, quot deinde opera prodiissent, nisi vir ille e vita excessisset! Vos, Itali, Didacum Vitriolum, alterum Vergilium, deinde Maurum Riccium de vestra, de latina itemque graeca lingua optime meritum recens luxistis; nos nunc lugemus Stoeffelum, qui magister clarissimus de re graeca ita meritus est, ut dignus sit, cuius nomen perpetua memoria teneat res publica litterarum.

Ser. Chicagine, Idib. April. MCMII.

H. DOSWALD.

ANNALES

Russorum Turcarumque seditiones — Lusitani motus — Americana bella civilia — Sinesium discordiae — Boerorum res.

Novissimi dies universa quasi seditione per Europam Americamque commoti: eas inter gravissima omnium, sive causas spectaveris, sive effectus atque auspicia, quae per Russorum imperium flagrat. Inquieta enim libertatis cupido nova et ibi incendia excitavit. Caesar ipse Nicolaus, licet mitis animo atque in subditos benevolentissimus, tamen diurna tradizione tot a saeculis sacrae praepediri videtur, quin reipublicae gerenda atque administranda curas cum popularium factionibus communicet. Inde autem opificum agricolarumque turbae tum annae caritate pulsae, tum a iunioribus civibus, qui in athenaeis versantur, incitatae ad seditiones exierunt palam per agros, oppida, atque urbes, nonnullisque in locis cum militibus sibi obviam missis acerrime dimicarunt. Neque abstinent iam a fraterno sanguine, neque a criminibus teterimis interdum abhorrent; omnes enim norunt Sipiaguine rerum domesticarum supremum curatorem interfectum esse, aliaque huiusmodi facinora passim tentata.

Sed in Turcarum etiam imperium cives sese commoverunt. Qui enim Thason insulam, graeco sanguine nati, incolunt ob aucta vectigalia rebelles facti sunt. Sed obviam tumultuantibus ipse praebes cum centuria occurrit, missilibusque turbam dispersit tam acri ultione, ut centum et amplius vulnerati homines ecclerint.

Cives autem Aegypti regem suum contra vectigalia atque cladem, quam et ipsi passi sunt, appellarunt. In Arabum denique finibus Riza Bey inter atque Bairandi tribus odia cibilia exarsere: postremi victi proelio discessere, suasque domus ab aemulis igni deletas videbantur. Iamque consilium est Constantinopolitanis Caesaris milites ad Arabes mittere, qui supremam sui auctoritatem instaurarent, pacemque restituant.

Similiter cohortes atque ballistarii mittuntur quotidie in Africanum nordicum litus, ut contra Italorum forte ausus oppida et castella muniantur.

Sed Epirotae etiam gentes assiduis ad velitationibus Tureas sibi dominantes petunt. Aulonem circum militum agmen cum civium manu pugnavit, ut extores nonnullos eorum e manibus eriperet. Quibus perpensis Czerna-gorae princeps Nicolaus, timens ne renascentes quotidie tumultus suos quoque fines pervadant, novum edidit decretum, quo cantum est ut civitas omnis, tamquam instrueta aries, semper advigilaret, singulique homines in suis legionibus diligenter conserberentur. Universus itaque exercitus vingtiquatuor legionibus constat, quae paratae semper ad arma praesto sunt.

★

Adduntur de quibus nulla mentio antea facta est Lasitanorum motus, Conimbriae, et Portugalliae, et Viennae excitati. Rempublicam libertate donari secretum appareret consilium, eique milites quoque accedere, qui compescere tumultuantes hinc inde renuerint; occasionem autem obtulisse rogationes nonnullas in curia oblatas de re pecunaria, quibus privatorum bona nimium detrimentum essent acceptura.

★

Innovantur acriter et Americanorum civilia bella, quae modo non tam Venezuela in repubblica, ubique seditionis turbis pessimata, sed etiam in Sancti Dominici insula flagrant. Tradunt imo ipsum reipublicae praesidem Iimenez, perduellum manus ut effugeret, ad legati Gallorum patrocinium confugisse, dum urbs ipsa reipublicae caput, fuis gubernantium copiis in dictionem venit; unumque manere Puerto Plata in urbe Deschamps ducem, qui arma tradere neget Vasquez illi, qui alter a praeside erat, nunc vero perduellum imperator est factus.

★

Extrema recensetur innovata Sinensium ciuilis perturbatio per Kwang atque Hu-nan provincias. Plebes ad arma venerunt, atque oppida multa et urbes occupavere hoc consilio, ut Imperatorem tandem aliquando expellant, novamque sibi regem constituant, qui Canton in urbe sedem habeat.

★

Tot vero inter malas atque funestissimas res Boeris tamen videtur arridere spes componenda pacis. Quamquam eorum duees universam regionem haec tenus discurrunt, ut estra suorum, ubi maneant, per montes, vel deserta visitent, et simul eorum suffragia exquirant, utrum bel-

lum an pacem malint. Idibus Maiis cum duces ipsi convenerint et suffragia retulerint, quid fata sint paratura innotescet.

POPICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

In Anglia O' Kelly populi orator ab administris petit siquid novi cautum iam fuerit de punico labore ab Italis occupando; sed Cranborne vicecomes respondit rem prorsus Anglos ignorare, atque nihil haec tenus ab Italis esse peractum, quod novam hanc mentem significet.

In Austria de portoriis vectigalibus abolendis oblatam rogationem ab oratoribus iis, qui « agrarii » appellantur, multis suffragiis curia respuit.

In Belgica vehementissima disceptatio habita est a populi oratoribus de suffragiis concedendis omnibus et singulis civibus, ut quisque ius habeat eligendi populi legatos ad euriam. Res eo aerior fuit quo patet latius per rem publicam operariorum desertio, atque aerius furebat populi sedatio; legati tamen, plebis metu non fracti, oblatam iterum a socialistis rogationem respuerunt.

In Brasiliensi republica nova comitiorum sessio inaugurata est Campos Salles praesidis oratione, optimas praesertim aerarii publicis condiciones affirmante.

In Chilena republica administratorum collegio a munere recenti novus suffectus est, eique Barros praepositus.

In Germania iterum est approbata rogatio a catholiceis oratoribus oblatam de religiosorum cultuum libertate.

In Graecia *obstructionismus*, quem dicunt, ab oratoribus Delyamir partes sequuntis coepit, tumultum ipsa in curia excitavit; at Zaimis praesidis prudentia persequi disceptationes licuit. Deinde regali decreto coetus dimissus est.

In Hungaria de aere alieno publico novis impensis publicis attribuendo rogatio probata fuit. Ibidem novae « delegatorum » sessiones ab ipso Francisco Iosepho Caesare resumptae. Goluchowski, imperii cancellarius, orationem habuit qua editus foedus cum Germanicis et Italiam renovatum, ac statum quo antea in Danuvii regionibus esse perduratum.

In Iaponia populorum legati duo novissima itinera ferreis tramibus munienda decreverunt, quae praesertim copiis transducendis inservient, cautumque simul ut Iaponia classis proxima aestate Coreae peninsulae circa litora suis exercitationibus vacet.

In Iberia coram populi legatis qui reipublicae praesunt administris orationes habuere de regiis dictiones, qui religiosorum sodalium conditions respiuent, exequutioni mandandis.

In Italia de legibus agitur, quas « sociales » appellantur.

In Lusitania senatores oblatam rogationem de aere alieno publico administrando ad trutinam revocare cooperantur; qua absoluta sessiones concludentur.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Dott. GIOVANNI PASCIUCCO. Quinto Fabio Pittore. — Neapoli, ex off. Henrici M. Muea, MCMI.

Doctor Ioannes Pasciuco grave sibi sumpsit onus quum librum scripsit inquirens de Quinto illo Fabio Pittore, qui Romanarum rerum antiquissimus omnium *Annales* fecisse traditur. Acum nocturnis in tenebris de pavimento quaerere difficilem reor, et improbum laborem. Si tamen vera illa verba « labor improbus omnia vincit », Pasciuco arbitror aut contingisse metam, aut saltem equos metae proximos prae ceteris adduxisse; certe futuris magnam ex calce,

arenis, lapidibus eaementorum vim comparasse, qua veritatis aedificium aliquando adstrueretur.

At interea, argumentis undique adventantibus, et laude illius dicam, arte ac diligentia non parva undequaque exquisitis, ad evidentiam ostendit Quintum hunc Fabium Pittorem, qui in *Annales* describendos incubuit, longe diversum ab illo fuisse, cui Pittoris cognomen ex depicto Salutis delubro fuit, viro M. T. Ciceronis sententia in litteris et iure apprime versato. Eadem profecto utriusque gens, nomina et eadem utriusque; at, qui coloribus per Salutis parietes lusit anno ab Urbe condita CDL, longe alius est ab illo Quinto Fabio Pittore, qui *Annales* primus, integro ferme postlabente saeculo (DXXXVIII), serpsit.

Gratulamur pulchra et docta stilo non invenusto serbenti. Iamque Tito Livio sit laus quod Romanam historiam eo evexerit, ut nihil Graecis invideat, supermineat plenius fortassis; sit gloria Quinto huic Fabio Pittore, quod ex pontificum annalibus, ex patriciorum archivis, ex tabulariis, ex inscriptionibus, ex monumentis publicis privatisque diuturna patientia eruerit, congregaverit, propriaque per tempora digresserit. At quaero cuinam auctoris decus?... Illine nauticae rei nomen paternum erit, qui loricatas prior confecit naves, aut illi qui ligneas rates remo instruxit et velis, aut illi, qui trunco, vere primus et princeps, igne et securi, forsitan silicea, excavato, comisit se flutibus vicinos, unde piscaretur, scopulos arrepturum?

H. DE VECCHI PIERALICE.

AENIGMATA

I. multorum admodum
Condecorare solet pars prima virilia menta,
Urbano strepitu pars procul altera abest.
Miscueris rite si partes has, peregrinus,

Moribus incolitis, vir tibi conspicitur.

II. Aequore caeruleo niteo, referitur in undis,
Si sine nube polus, solis imago meis.

Aufer litterulam primam mihi: pungere sollers
Sartoris vessor nocte dieque manu.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

LITTERATORUM HOMINUM

AERUMNAE ET GAUDIA

CARMEN

ALAFRIDI BARTOLI

IN LITTERARUM CERTAMINE

PER COMMENTARIUM VOX URBIS INDICTO AN. MCMI

MAGNA LAUDE ORNATUM.

Aenigmata an. V, n. VI proposita his respondent:

1) I-rus; 2) Vita, Vitta.

Ea rite soluta miserunt:

Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — Princ. Gordon, *Maneunio*. — Ad. Huza, *Gryboria*. — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. — Fr. Sallarés Sch. Piar, *Sebadello*. — C. Perazzi, *Mangatore in Indis*. — Ric. Malotta *Bzozowic*. — Aug. Macer, *Secovio*. — I. G. Grünes, *Nicolsburg*. — H. Gini, *Taurinis aquis*. — I. Sernatinger, *Dresda*.

Sortitus est praemium

GUILELMUS SCHENZ,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPLI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paesi* Phil. Cuggiani.

m comparasse, qua
strueretur.
e adventantibus, et
ntia non parva un
m ostendit Quintum
nales describendos
fuisse, cui Pictoris
ro fuit, viro M.T.Ci
re apprime versato.
nina et eadem utri
parietes lusit anno
s est ab illo Quinto
nus, integro ferme
scripsit.

stilo non invenusto
aus quod Romanam
ecis invideat, super
ria Quinto huic Fa
malibus, ex patricio
inscriptions, ex
diurno patientia
e per tempora di
ris decus?... Illine
qui lorietas prior
as rates remo in
eo, vere primus et
rea, excavato, com
discaretur, scopulos

chi PIERALICE.

TA
virilia menta,
il altera abest.
peregrinus,
conspicitur.

itur in undis,
mago meis.
: pungere sollers
e manu.

FR. PALATA.

enigmatis inter
ii moderatorem
, unus, sortitus,
titulus:

OMINUM
AUDIA

TOLI

FAMINE

Y INDICTO AN. MCM

ATUM.

a his respondent:
itta.

ntomo Ceva marchio,
Ad. Huza, *Grybovia*.
r. Sallarès Sch. Piar,
Indis. — Rita Malotta
G. Grünes, *Nicols*
Sernatinger, *Dresden*.

I opus, cui titulus:

ITATE.

PI, iurisperitus.
il. Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticana Basilica
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so
lemnem sit.

Clientes frequen
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas
que ad decem usque
ad duodecim horas
diutinas, Ecclesiis
et familiis necessa
rias, quod pars
moniam cum salu
britate et munditie
coniungant.

Vitrea
faculis suppeditat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS
ROMAE, Via Ortì Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

VARIA

Litteratine an bibliophili aselli?

Iam non de quadrupede, sed de asello marino sermo est, cuius ingluvies prae ceteris ardet chartis ac libris, quos casus aliquis in mare demerserit. Atque hoc exiguum; nam ea virtus pisci visceribus inest, ut semel deglutit (autem neque lacerat), optime in sinu servet. Agitur nunc *Revue scientifique* teste, de integro volumine continente preces, quae pro mortuis recitari solent, ritusque effendi et sepeliendi traduntur. Nulla volumen foedatur macula, vulnere nullo carpitur, atque in visceribus aselli inventum est, quale bibopolia in pluteis contineret suis diligentissimus. Eadem *Revue* monet saepius repertiri in huiusmodi piscibus folia, foliorumque partes, quae, diariorum reliquiae atque ephemericum, a navigantibus prociuntur in mare. Immo in Annalibus Naturalis Historiae, apud Londinensem disciplinarum academiam, anno MDCCXVI venalis a piscatoribus ad mundinas Cambrienses allatus narratur asellus, in quo exponentes parvum invenere volumen optime asservatum.

Atqui iis ego, quos erudio pueros, qui libros lacerant sine more modoque, exhinc dicam: Estote, fili, estote saltem aselli; quippe asinus libros non querit incuriosus rerum, asellus et querit et incolumes in sinu tuerit!

Ioci.

Haec in scholis a iuvene praebente suae specimen eruditio in physicis: — Dic — magister ait — cuinam ordini simium tribus? Quadrupedibus, an «bimanis», an «quadramanis»? —

— Tu dicas — respondit adolescens. —

Magister, qui verba suo modo intellexerat: — Ergo, quum quadrupedum bestia sit, edic que possit prae hominibus facere. —

Imperterritus ille: — Nos bimani chordonam pulsare mensam et organum manibus tantum duabus possumus; nec, nisi bini, quatuor manibus pulsare umquam poterimus. Si quis, etsi unus, quatuor tamen, ut ipse iudicet, manibus pulsabit. —

Magistri nasus adhuc extenditur.

Magister quidem, ut in ridicula et absurdum discipulum impingeret, quamdam argumentandi speciem qui tuebatur: — Cuiusnam — interrogat — opus est vestimentum, quo indueris? —

Ille: — Sutoris — respondit.

Urget magister: — Undenam habuit sutor?

— A mercatore lanario emit. —

Instat ferocius doctor: — Unde autem lanarius?

Discipulus: — Ex pastore. —

Tunc ferme potitus victoria magister: —

Unde decerpit pastor?

Discipulus: — Ab ovibus, quas totondit. —

— Reete! — sapiens ille exclamat; — tu igitur lana indutus, lanosum es animal uti

vervex et aries. —

Tunc vero ardens convicio discipulus, at iram vultu humili premens: — Utique — inquit — domine mi, sum instar tui, qui ex bovina pelle calceamentum cum habeas, eiusdem argumenti vi, cornutum animal passim haberis! —

Causarum actor coram iudicibus magna cum eloquentia hominem furti reum patrocinabatur, quippe asinam surripuerat a stabulo, ablatamque vendiderat. Qui furtum passus erat et mendacio arguebatur a tonante causidico, cum ultra convicia et calumniam ferre non posset: — O

indices — exclamat — miraculum hoc est; canis pro lupo latrat; ne audiatis! —

Tunc novus Tullius: — Falleris — inquit — vulpecula; si lupus iste fuisset, asinam tuam devoravisset, non, uti accusas tu, vendidisset. Quid hac in re, sentitis, vos iudices?

Tunc iudicium praeses: — Atqui ego zoologiae studiis iamdiu valedixi forensibus disciplinis addictus; ideoque mihi de bestiis iudicium difficile. P. d. V.

LIBRI RECENTES DONO ACCEPTI

Le selve di Angelo Poliziano recate in versi Italiani da LUIGI GRILLI. — Tiferni edit. S. Lapi, M. deccci.

P. N. ROSATI La croce sul Monte Amata. MCM-MCMI. — Aquis Clusianis, ex off. F. Stianti, MCM.

PROF. PIETRO RASI. I personaggi di carattere bucolico nelle egloghe di Virgilio. — Mantuae, ex off. I. Mondovi, MCMI.

— Saggio di alcune particolarità nei distici di S. Enodio. — Mediolani, ex off. Bernardoni, MCMI.

— Dell'arte metrica di Magno Felice Eundio, Vescovo di Pavia. — Papiae, ex off. Fratrum Fusi, MCMIL.

M. ANTONIO FLAMINIO. Studio di ERCOLE CUCCOLI con documenti inediti. — Bononiae, ex off. Zanichelli, MDCCXCVII.

In Divum Aloysium Gonzagam carmina cum CARMELO PEZZULLO, Domus Pontificalis Antistite, in academia Aversae habita III kal. Ian. MDCCXCII recitata. — Neapoli, ex off. Nicolai Volpe, MCMI.

De festis centenariis Aversae celebratis cum B. M. Virgo de Casaluce iterum coronaretur carmina a CARMELO PEZZULLO, Protonotario Apostolico, edita. — Neapoli, ex off. Nicolai Volpe, MCMI.

Gli Hethoi-Pelagi. Ricerche di storia e di Archeologia Orientale, Greca ed Italica del P. CESARE A. DE CARA della Compagnia di Gesù. — Volume terzo: Le migrazioni in Italia. — Romae, ex off. Academiae Lynceorum, MCMI.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulcridine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

**PROSPECTUS NOVÆ SUBNOTATIONIS
A KAL. IULIIS USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.**

(*Vid. in secunda operculi pagina.*)

FIGURÆ URBIS ROMÆ

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSÆ
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,
venit singillatim L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.
SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostræ aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE DI S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima editid cura, Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.